



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Gerardo Abbati & Conventui Virziliacensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

dam procuracionem vix modo quatuor marchæ sufficerent, quæ pro una sufficienter fieri consuevit. Ut igitur per apostolicæ sollicitudinis curam vestris possit in parte ista gravaminibus provideri, auctoritate præsentium vobis indulgemus, ne ultra primam mensuram in procuracione ipsa sitis ulterius prædictis fratribus obligati, sed expensis illis quæ sufficere consueverant sint contenti, nisi fortè facultates Ecclesiæ vestræ in tantum excreverint, quòd sine gravamine, ampliato fratrum numero, ad solvendum debitum procurandi extendi possit quantitas expensarum. Nulli ergo &c. Datum ut suprâ.

ABBATI ET CONVENTUI
sancti Vedasti.

Epist. 136.
Statuta & laudabiles consuetudines huiusmodi istiusmodi Pontifex confirmat & approbat.

CVM à nobis petitur &c. usque vestris postulationibus inclinati, rationabiles consuetudines Ecclesiæ vestræ à bonæ memoriæ P. sancti Grifogoni Presbytero Cardin. tunc Legato sedis apostolicæ approbatas, & per M. quondam Abbatem sancti Vedasti de consilio majoris & sanioris partis Capituli redactas in scriptis, & tam sigilli ipsius quam Card. ejusdem munimine roboratas, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus, inhibentes ne vel tu, fili Abbas, vel tuorum quilibet successorum contra eas temerè veniat, nec vos, filij monachi, contravenienti aliquatenus pareatis. Adjicimus etiam ut, sicut in instrumento earundem consuetudinum continetur, curias & domos Obedientiarum, in quibus monachi consueverunt hætenus ministrare, nunquam ulli laico sub quocunque censu temerè concedere præsumatis, sed tam res Ecclesiæ vestræ quam Obedientiarum ipsius per fratres vestros & monachos custodiantur, & fideliter pertractentur. Ad hæc, auctoritate vobis apostolica districtius interdiximus, ne obventiones caritatum, annuos etiam redditus refectioi fratrum & pauperum in anniversariis deputatos, in alios usus, nisi evidens Ecclesiæ necessitas vel utilitas exigat, præter communem assensum vel majoris partis consilij sanioris aliquatenus convertatis, sed tam dictæ obventiones, quam & redditus ipsi, per Priorem & monachos, quos Capitulum ad hoc deputaverit, fideliter reserventur. Nulli

ergo &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum 11. Nonas Maij.

GERARDO ABBATI
& Conventui Virziliacensi.

QVAMVIS universa loca religiosa fovere ac diligere teneamur, illis tamen propensiores curam impendere nos oportet quæ specialiter beati Petri juris existunt, & ad nostram nullo mediante provisionem pertinent & tutelam. Inde est quòd nos jura monasterij vestri volentes integra conservari, & contra molestaciones indebitas vos & idem monasterium speciali communire privilegio libertatis, ad exemplar felicitis memoriæ Urbani, Clementis, & Celestini prædecessorum nostrorum, auctoritate apostolica prohibemus, ne ullus omnino Archiepiscopus, Episcopus, aut alius Ecclesiarum Prælatus, nisi de speciali mandato Romani Pontificis vel Legati ab ipsius latere destinati, in monasterium ipsum, Abbatem, vel aliquem fratrum vestrorum interdicti, suspensionis, vel excommunicationis sententiam promulgare præsumat. quod si fecerit, eam decernimus non tenere. Libertates præterea & immunitates & rationabiles ejusdem monasterij consuetudines hætenus observatas, tam in animarum cura Presbyteris Ecclesiarum Virziliaci, Asconij, sancti Petri, Castri insulæ, & Monterione committenda, & contrahendis matrimoniis, & legitimè dirimendis, & excommunicandis, vel absolvendis, suspendendis, destituentis, & restituendis Presbyteris, Clericis, & parochianis Ecclesiarum illarum, quam in aliis negociis & sacramentis ecclesiasticis, raras esse decernimus, & eas auctoritate apostolica vobis vestrisque successoribus confirmamus, districtius prohibentes, ne quis possessiones, jura, vel bona prædicti monasterij præter conscientiam sedis apostolicæ, cui specialiter est subjectum, quomodolibet alienare, vel antiquas & rationabiles ejusdem monasterij consuetudines, & hætenus observatas, violare præsumat. quod si à quoquam fuerit attentatum, omnino statuimus irritandum. Adjicimus etiam, ut si Ecclesiarum Prælati à vobis canonicè tertio requisiti, manifestos malefactores vestros interdicere & excommunicare neglexerint, licitum sit vobis & successoribus vestris, ut eos candelis

Epist. 137.
Veteres consuetudines laudabiles approbat, & nova iis privilegia conferat.


accensis vice nostra excommunicetis, & interdicatis, nunciatisque excommunicationis & interdicti vinculo innodatos: quos tamdiu volumus sicut excommunicatos & interdictos ab omnibus evitari, donec de perpetratis excessibus satisfaciant competenter, & si delicti qualitas hoc exegerit, ad sedem apostolicam cum testimonio litterarum Abbatis vel Capituli veniant absolvendi. Liceat insuper vobis, sicut à benignitate sedis apost. instantius postulastis, ut in solennitate, quam in translatione beatae Mariae Magdalene infra Quadragesimam annis singulis celebratis, ad gloriam Dei & laudem, ob solennitatis ipsius reverentiam, *Gloria in excelsis Deo* ad Missas de festivitate ipsius in monasteriis vestris solemniter decantetis. Nulli ergo &c. Datum Romae apud sanctum Petrum.

E I S D E M.

AD audientiam apostolatus nostri pervenit quod Canonici Castrici Centurij à sede apostolica indulgentiam impetrarunt ne pro injuriis à dominis ejusdem Castrici vicinis Ecclesiis irrogatis, Castrum ipsum subijci valeat interdictio: cujus libertatis occasione praedicti domini malignandi materiam assumptes, vobis & Ecclesiis vestris damna plurima & injurias intulerunt, de quibus nullam potuistis consequi rationem. Ideoque praesentibus vobis literis indulgemus, ut praescripta indulgentia in praedictum iustitiae & iuris monasterij vestri nullas vires obtineat in posterum vel effectum. Datum Romae apud sanctum Petrum.

GERARDO ABBATI
Virziliacensi.

VM à nobis petitur &c. usque ad verbum illud assensu. Devotioni tuae praesenti pagina indulgemus ut liceat tibi & successoribus tuis homines tuae subditos potestati, civili iudicio experiri coram te volentes, lite mota, juris ordine observato, ad iudicium convocare, & cogere appellatione remota ad iudicium quod iuste tuleris observandum. Nulli ergo &c. Datum Romae apud sanctum Petrum X. Kalend. Maij.



ABBATI ET CONVENTUI
Virziliacensi.

VM ad quorundam malitiam coercedendam in Concilio fuerit Lateranensi multa deliberatione statutum ut Archiepiscopi, Episcopi, Archidiaconi, Archiepiscopi etiam, & Decani, certum electionis numerum & personarum in Ecclesiarum visitationibus non excedant; quia, sicut audivimus, quidam ex praedictis personis id in Ecclesiis vestris nequaquam observant, super eo commoditati vestrae salubriter duximus providendum. Ideoque discretioni vestrae praesentium auctoritate concedimus ut si praenominatae personae numerum electionis & personarum in Concilio constitutum, cum Ecclesias visitant, excedere forte praesumpserint, & pro illis procuracionem exegerint, liberum sit vobis auctoritate apostolica denegare. Et si propter hoc in Ecclesias vestras vel Clericos vestros aliquam sententiam promulgaverint, ipsam auctoritate apostolica decernimus non tenere. Nulli ergo &c. Datum Romae apud sanctum Petrum.

E I S D E M.

VM à nobis petitur &c. usque ad verbum illud iustis precibus inclinati, conventionem inter vos ex una parte & dilectos filios nostros nobilem virum Petrum Comitem Nivernen. & Agnetem uxorem ipsius ex altera, per sollicitudinem venerabilis fratris nostri O. Hostien. Episcopi tunc apost. sedis Legati, mediante carissimo in Christo filio nostro Philippo Rege Francorum illustri unanimiter factam, super obligatione procuracionum, quas ipse Comes in Pascha & festivitate sanctae Mariae Magdalene ab Ecclesia vestra accipere dicebatur, pro mille quingentis marchis argenti facta, sicut in eorundem Regis, Episcopi, Comitis, & Comitissae, & bonae memoriae Archiepiscopi Senonen. & venerabilium fratrum nostrorum Eduen. Lingonen. Antisiodoren. & Nivernen. Episcoporum scriptis authenticis & testimoniis pro bono pacis & concordiae continetur, auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti pagina communimus. Praeterea vobis districtius sub excommunicationis poena vetamus, ne de pecunia ista liceat vobis vel succes-

K iij

Epist. 140.
Ne Praelati visitantes, multitudine ministrorum Ecclesias gravent.
Cap. Cum ad quorundam. De excessu Praelat.

Epist. 118.
De privilegio in fraudem aliorum, & quo privilegiari abutuntur, impetrato, revocando.

Epist. 141.
Concordiam super procuracione cum Comite Nivernen. approbat.
De controversia qua erat inter Comitem Nivernen. & monachos Veseliae. vide To. III. Speculogij Dauberiani pag. 529. & seqq. 583. & seqq.

Epist. 139.